

**www.e-rara.ch**

**[Opera omnia]**

**Augustinus, Aurelius**

**[Basel], [1528-1529]**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: AW 57

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5484>

Regula prima clericis tradita, ut habebat titulus. Obsecro te lector, quid habent frontis ac mentis qui tales naenias ascribunt tali viro.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

**A** ret. Non admitteretur, inquit, diabolus ad eius mulierem. Imò ipsa ad se diabolus non admitteret. Sic enim facta est ut, si uoluisset, nō admitteret. Non fieret, inquit, mulier. Hoc est dicere, non fieret bonum, quia & ipsa utiq; aliquod bonum est, & tantū bonum, ut Apo-  
 stolus eam gloriā uiri esse dicat: Omnia certe ex deo. Quis fecit diabolu? Seipse: Non enim  
 natura, sed peccādo diabolus factus est. Vel ipsum, aiunt, non faceret deus, si eū peccaturum  
 esse sciebat. Imò, quare non faceret cum per suā iusticiam & prouidentiam multos de mali-  
 cia diaboli corrigat. An forte non audistis Apostolum Paulū dicentem: Quos tradidi sata-  
 nā ut discant non blasphemare? Et de seipso dicit: Et ne magnitudo reuelationum extollat  
 me, datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ qui me colaphizet. Ergo, inquit, bo-  
 nus est diabolus, quia utilis est? Imò malus in quantum diabolus est, sed bonus & omnipo-  
 tens deus est, qui etiā de malicia eius multa iusta & bona operatur. Nō enim diabolo impu-  
 tatur, nisi uoluntas sua, qua conatur facere male, non dei prouidētia quæ de illo bene facit.

1. Cor. 11

1. Tim. 4

2. Cor. 12

Per contentionem  
 cōfert Ecclesiæ do-  
 gmata cum Mani-  
 chaorū erroribus.  
 Cap. XXXIX

Postremo quoniā cū Manichæis nobis de religione quæstio est, quæstio autē religionis  
 est, quid de deo pie sentiatur, qm̄ negare nō possumus in miseria peccatorum esse genus hu-  
 manum. Illi dicūt naturam dei esse in miseria: Nos negamus, sed dicimus eam naturam esse  
 in miseria, quā de nihilo fecit deus, & ad hoc uenisse nō coactam, sed uolūtate peccādi. Illi di-  
 cunt naturam dei cogi ab ipso deo ad pœnitentiam peccatorū: Nos negamus, sed dicimus  
 eam naturā quam deus fecit de nihilo, posteaq; peccauit cogi ad pœnitētiā peccatorum.  
 Illi dicunt naturam dei ab ipso deo accipere ueniam: Nos negamus, sed dicimus eam natu-  
 ram quam fecit deus de nihilo, si se à peccatis suis ad deum suū conuerterit, accipere ueniam  
 peccatorū. Illi dicūt naturā dei necessitate esse mutabilē: Nos negamus, sed dicimus eam na-  
 turam quam deus fecit de nihilo, uolūtate esse mutatam. Illi dicūt naturā dei nocere aliena  
 peccata: Nos negamus, sed dicimus nulli naturā nocere peccata, nisi sua: & deum dicimus tā-  
 tā bonitatis esse, tantæ iusticiæ, tantæ incorruptionis, ut neq; peccet, neq; ipse alicui noceat qui  
 peccare noluerit, nec ipsi aliquis qui peccare uoluerit. Illi dicunt esse naturam mali cui deus  
 coactus est naturæ suæ partem dare cruciādā: Nos dicimus nullū malum esse naturæ, sed  
 omnes naturas bonas esse, & ipsum deum summā esse naturā, ceteras ex ipso esse naturas,  
 & omnes bonas in quantum sunt: quoniā fecit deus omnia bona ualde, sed distinctionis gra-  
 dibus ordinata, ut sit aliud alio melius. Atq; ita omni genere bonorum uniuersitas ista com-  
 pletur, quæ quibusdā perfectis, quibusdā imperfectis, tota perfecta est. Quam deus effector  
 conditorq; eius iusto moderamine administrare nō cessat, qui omnia bona facit uoluntate,  
 nihil mali patitur necessitate. Cuius enim uoluntas superat omnia, nulla ex parte quicq; sen-  
 tit inuitus. Cū ergo illa illi, & nos ista dicimus, unusquisq; eligat quod sequatur. Ego enim,  
 quod bona fide corā deo dixerim, sine ullo studio cōtentionis, sine aliqua dubitatione ueri-  
 tatis, & sine aliquo præiudicio diligētioris tractationis quæ mihi uidebātur exposui.

1. Retract. cap. 10

## REGVLA PRIMA CLERICIS

TRADITA, VT HABEBAT TITVLVS. OBSECO TE LECTOR,  
 quid habent frontis ac mentis qui tales nānias ascribunt tali uiro?



OMMUNI definitione decreuimus apud uos, quod nunquam  
 postmodum ab ullo poterit infringi. Residentibus in monasterio  
 in nomine domini nostri Iesu Christi, omnibus placuit secū-  
 dum apostolicam traditionem, unū sentire in domino & communiter  
 possidere: Sicut scriptum est: Vnum sentite in domino. Et nemo  
 quidem proprium uendicet quicq; , sed quia sicut scriptum est in  
 actibus apostolorum: Habentes omnia communia, nemo quicq;  
 esse suum dicebat, quod à nobis scriptum est. In domino ergo iure  
 obseruationis nos teneamus, quoniā in lege scriptum est: Qui perseuerauerit usq; in finem,  
 hic saluus

Act. 6

Matth. 10

D d hic saluus

hic saluus erit. Si quis autem uenire desiderat ad congregationem fratrum qui in unum esse uidentur, non ignoret euangelium dictum, quod dixit: Vendat omnia sua, & croget egenis & pauperibus. Et iterum: Abneget semetipsum sibi tollat & crucem suam & sequatur me. Et ne tractet in corde suo, de uictu aut uestitu & cæteris quæ necessaria sunt corpori, ipso domino præmonente in Euangelio & dicente: Nolite cogitare dicentes quid edetis, aut quid uestiimini, hoc enim gentes cogitant. Scit pater uester quia horum omnium indigetis. Quærite primum regnum dei, & iusticiam eius, & hæc omnia apponentur uobis. Veruntamen antequam statuatur esse in monasterio, probet propositum fratrum atque exemplum, & ipse probetur in omni conseruatione ab illo qui prior est, & cæteris consentientibus, propter illud quod scriptura docet & admonet, dicens: Amicum noli cito comprobare. Sed si contigerit ut aliquis ex qualibet causa necessitatis à monasterio fuerit abstractus, ne uel mente concipiat secum aliquid ferre de his omnibus quæ in monasterio fuerunt, siue etiam quæ secum aliquando attulerat, siue ea quæ cū fratribus acquisierat: quia certum est fratres nihil habere, possidere, dare uel accipere debere sine superioris licentia. Quod si propinquus uel amicus uel quilibet fratrum aliquid offerre uoluerit, primo quidem priori insinuetur, & sic suscipiatur si ipse madauerit, de quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod Priori placuerit, uel permiserit, quoniam ualde uerendum est, ne sibi eueniat quod scriptum est: Vir mutabilis in lingua incidit in mala. Et iterum, ut nullum de fratribus secum prouocet, ne magis destructor quam edificator monasterij uideatur, propter id quod scriptum est: Qui non est mecum, contra me est, & qui mecum non congregat, dispergit. Et quicumque prouocatus ab aliquo, de monasterio uoluerit abscedere, ante indicet Præposito, cui utique de his quæ in communi decreuimus nihil esse ceseo subtrahendum, quia scriptum est: Pacifici sint tibi multi, sed unus ex mille sit tibi consiliarius. Igitur hæc quæ scripta sunt cū summa diligetia obseruanda sunt à Præposito usque ad omnes fratres. Et si quis ab aliquo doctrinam audiuerit præterquam in monasterio consecutus est ab eo cui se credidit, hanc autem suscipiat, & eam non subtrahat doctori, quia scriptum est: Omne quod manifestatur, lux est. Si enim bona fuerit, collaudanda est: Si uero praua, reprobanda. De his autem fratribus qui in unitate consistunt, si quis subito aduersus Præpositum altercatus fuerit, non solum semel, sed secundo & tertio, ut Euangelium docet, licet exorare. Si autem noluerit se emendare, ille cui iniuriam irrogatus est post penitentiam uel secundam correctionem, qui non reuocauerit contumacem, denunciet & illud Præposito, ne per taciturnitatem ille & frater suus periclitentur, sicut Salomon ait: Qui occultat inimicitiam, instruit dolum. Si uero ut fieri solet incursum repentina superuenerit, aut hostilitas, ut impossibile sit fratribus in unum fugam petere propter insecutionem inimicorum, & postmodum deo fauente euaserint & potuerint peruenire ubi Præpositum esse cognouerunt, ueluti filij ad patrem festinare debent. Nec ullo modo poterunt separari, quos diuina charitas sociauit, quia scriptum est: Perfecta dilectio foras mittit timorem. Si quis autem quod superius diximus causa necessitatis detinet id quod à monasterio secum portauit, necesse habebit ubi Præpositus suus est, illud perferre: quia non poterit sibi retinere quod per pactum ad omnes pertinet, & deo utique est consecratum. Sed si cogitauerit de his aliquid retinere, contra dictum Apostoli agere uidentur, qui ait: Nemini quicquam debeat, nisi ut inuicem diligatis uos. Omnia quæ in isto libro continentur, omnes fratres obseruent, atque se subscribant qui boni esse desiderant. Verum propter illos hæc sunt cauta, id est scripta, qui in omnibus stabiles esse noscuntur.

REGVLA SECUNDA EIVSDEM FARINAE  
cuius superior.



ANTE omnia fratres charissimi diligatur deus, deinde proximus. Qualiter autem oporteat nos orare uel psallere describimus: Id est, in matutinis dicantur psalmi octoginta octo cum debitis antiphonis, uersibus & responsorijs. Ad primam & tertiam dicantur sui psalmi, antiphonæ duæ, lectiones duæ. Simili modo ad sextam & nonam dicantur sui psalmi cū debitis responsorijs & anti-